

quia poenitens facit, quod in se est, & ignorat se ad aliud obligari.

193. Quoad repetenda pariter est confessio facta advertentem, & ex industria a poenitente Sacerdoti ignaro, & discernere negligentem, quae necessaria sunt, ut quae sint peccata mortalia, & venialia, quando fit facienda restitutio, remota occasio, & similia; in tali enim casu non confectur poenitens dispositus ad Sacramentum illud iudiciale, ita enim se habet, ac si peccata sua manifestare nollet, atque ideo facit confessionem irritam, & sacrilegam, eamque prorsus repetere debet, & in hoc omnes conveniunt, estque res de se clara. Dubium tamen est, an poenitens qui bona fide confessus est Sacerdoti indocto, & minus idoneo, ac sufficienti ad ipsius confessionem excipiendam, quem post confessionem cognovit nescivisse distinguere inter peccata mortalia, & venialia, vel inter reservata, & non reservata, teneatur iterum confessionem repetere. Afirmat D. Antonius, Riccardus, Sylvester, Victoria, Valquez, & Turrianus, apud Averlam loc. cit. Negant alii, modo poenitens bona fide confessus sit, & modo Confessarius potestatem habeat absolvendi ab huiusmodi peccatis reservatis. Ratio est, quia obtinuit absoluteionem sacramentalem ab habente facultatem absolvendi, & plene peccata sua manifestavit, ut supponitur, nec obicem posuit valori Sacramentis; hoc autem intelligunt modo Sacerdos, cui poenitens sua peccata confitetur, non sit adeo rudis, & indoctus, ut nulla omnino ratione cognoscat peccati gravitatem, sed illam aliqua ratione cognoscat, quamvis in particulari nesciat discernere, & distinguere species in particulari. Ita Bonacina disp. 5. quaest. 5. punct. 3. plures alios citans, & Brancatus noster loco citato. Melius tamen, & clarius, cum distinctione procedendum est, & dicendum cum Averla loco citato non teneri poenitentem bona fide confessum repetere confessionem, vel aliqua peccata ex eo capite, quod Confessarius inter mortalia, & venialia non bene discernet, dummodo tamen factum poenitente sit narratum, & a Confessario perceptum, sicut res ipsa erat; etenim hac ignorantia non obstante, adhuc vera, & sacramentaliter est absolutus, & licet in satisfactione congrua injungenda de fecerit, hic non est error substantialis, ob quem confessio necessario repeti debeat, & si etiam ex Confessarii incuria, & impericia poenitens de suis obligationibus non fuit sufficienter monitus, & instructus, ut restituendi, solvendi, & similibus; satis erit si alium vicum doctum consulat, a quo instruat abique confessionis repetitione. Si autem ex impericia Confessarii poenitens non distincte expressit peccatorum species, non explicavit circumstantias species mutantes, nec numerum peccatorum determinavit, ac facile accidere potest; tunc utique subdit; Averla, talem defectum supplere tenebitur, & eadecum, quae praetermissi, quod non est proprie confessionem repetere quoad ea, quae dixit, nisi forte ad aliquam circumstantiam explicandam, vel multitudinem peccatorum numericam, denuo commemorare sit opus id quod antea concessit, vel confusum dictum fuerat, & ita etiam dicuntur Coninchus, Caspensis, & alii ab ipso Averla cit.

194. Quinto, debet repeti Confessio, quando poenitens non fuit legitime absolutus, quod pluribus modis evenire potest ex defectu solius Confessarii, ut si hic debitam absoluteionis formam non protulerit, vel si intentionem requisitam non habuerit, vel sine sufficienti jurisdictione absolverit, vel si Ecclesiastica censura, aut inhabilitate ligatus fuerit, in his enim casibus est confessio repetenda, quamvis bona fide ex parte poenitens facta sit, & cum omnibus debitis conditionibus si postea deprehendatur defectus, quia confessio ad validam absoluteionem ordinatur, quia verum Sacramentum perficiatur, & ideo quamdiu haec obtemperata non fuerit, obligatio manet eam procurandi per iteratam confessionem, & si poenitens talis defectus in Sacerdote confessus erat, grave quoque sacrilegium commisit, de quo proinde iterata confessio se accusare debet. Quod autem diximus de defectu Sacerdotis Ecclesiastica censura, vel inhabilitate ligati, intelligendum est in casu, quo fit vitandus juxta Extravagantem: Ad evitanda, quia hic est jurisdictione privatus, quod si non fit vitandus, jurisdictione non caret, & licet ipse peccet se ingerendo, non peccat tamen requisitus ministrando, nec illum requirens ut dictum est supra disp. de Censuris. Quod verò diximus de defectu jurisdictionis, intelligendum est, si omni jurisdictione careat, ita ut in nulla peccata ex his, quae confessus est poenitens, jurisdictionem habeat, tunc enim nulla est confessio, & iteranda, sed si habuit, in aliqua, v. g. in non reservata, tunc est valida, quia etiam reservata manent indirecte remissa, sicut peccata obliata etiam indirecte remittuntur, si poenitens sit in bona fide, cum obligatione tamen contenti ad aliud alium habitum ministrum de solis reservatis, postquam sciverit, & non de alijs, a quibus iam fuit valide, & directe absolutus, siquidem bo-

na fide illi Sacerdoti confessus erat, nesciens peccata illa esse reservata, vel putans eum plenam habere potestatem etiam ab illis absolvendi. Ita Averla, Caspensis, Bonacina, Brancatus, & Aretinus ex nostris, & alii passim.

195. Sexto, est difficultas, an Confessio facta Sacerdoti in jurisdictione dubio sit repetenda quod difficultas alio modo proponi solet, an confessio facta Ministro, qui communi errore, & titulo colorato putatur habere jurisdictionem, sit valida, vel potius invalida, & iteranda, cum advenit noticia erroris, & illegitimitatis; ex cujus dubii solutione pendet quid sit dicendum de Confessione facta Confessario excommunicato evitande, qui communi errore, & titulo colorato praesumebatur legitimus Confessarius in loco, ubi facta est confessio; unde hoc non intelligitur de privata tantum opinione solius Sacerdotis, vel poenitentis; sed communi aliorum, quando, scilicet, communiter habetur talis. Prima sententia negat talem confessionem esse repetendam, fundamentum est, quia in eo casu censetur Ecclesia potestatem concedere, nam hoc ipso, quod Ministri in absolvendo sequantur opiniones probabiles Doctores, dicuntur regula humana ad operandum humano modo proportionata: ergo hoc ipso Ecclesia censetur eorum gesta approbare (supplendo defectum potestatis, ubi, & quantum opus fuerit, ne publicum bonum animarum laedatur; quae doctrina in colligitur ex Lege Barbarius, si de Officio Pratoris, in qua, ne publicum bonum laedatur, statuitur, ne res a putato tantum Pratore gestae irritae sint, & invalidae, nam hoc inquit: humanus est error ergo ratione dicendum in praefato casu Sacerdotem Ecclesiastico jure habere potestatem absolvendi a peccatis, ne publicum bonum animarum patiarur dampnum.

Confirmatur, quia Patrochus tantum putatus, utpote qui simoniae beneficium obtinuit, ex eadem tacita confessione Ecclesiae censetur habere omnem potestatem ad suum officium ritè obeundum. Ita Amicus disp. 13. de Confessione sect. 12. num. 275. cum Less. Henric. Lugus, Sanchez Bonav. & alii sex quo etiam deducit validas esse Confessiones factas Sacerdoti, qui cum falsa licentia Ordinarii aliorum excipit confessiones, ut etiam cum aliquibus sentit Diana tract. 4. de Sacramentis resol. 122.

196. Alia sententia affirmat talem confessionem esse iterandam, ubi prima poenitens confititur, quod Sacerdos nullam jurisdictionem habuit. Fundamentum est, quia ad sacramentalem absoluteionem non sufficit tantum putata, vel probabilis potestas, sed requiritur realis, & certa; sicut nec fati putatus dolor, sed requiritur realis, quoniam hic non pendet ex opinione Doctorem, sed ex Christi institutione; ergo ut prima poenitenti confititur, quod Sacerdos nullam habet potestatem, teneatur iterum confessionem repetere. Ita Suarez disp. 26. sect. 6. cum pluribus alijs, quam opinionem tunc tenent exiit ex nostris Brancatus disp. 22. cit. art. 9. nu. 267. dicens omnino ad Ecclesiam non posse supplere defectum jurisdictionis in illo communi errore; nulli enim habetur haec doctrina, quod Ecclesia de jurisdictione non habenti, quando alii putant habere; alioquin dici posse, quod si in Civitate femina existimata vir, & Sacerdos, quia alienigena, attentaret audire confessiones, vel ex facultate obtenta ab Episcopo putante esse Sacerdotem, vel quia putatur obtinuisse; poenitentes confessi non tenebantur ad repetendas confessiones, quod est falsum. Imo si simplex Sacerdos, aut Clericus fingens se Episcopum, & putatus talis, confirmaret, & ordinaret, sequeretur eos esse confirmatos, & ordinatos, quia Ecclesia suppleret communem errorem, quod nemo dicit. Quare concludit, quod ubi non est potestas, deest validum exercitium illius quomodocumque putetur ibi esse potestatem; neque nunquam Ecclesia dat potestatem alicui ad faciendum valide, quae tentat facere, & non habet potestatem per hoc quod existimatur habere.

197. Quamvis haec secunda opinio tutior sit, & securior prima; firmo tamen non nititur fundamento, quia negant Auctores primae sententiae potestatem absolvendi, qui in dicto casu Sacerdos uteretur esse tantum putatum, & consentientem in sola hominum opinione, licet ea praerogatur, ut necessaria conditio, qua posita Ecclesia ipsa ex quietate juris censetur concedere realem potestatem ad absolvendum, quae potestas cum sit jurisdictionis, pendet ab Ecclesia, ut ponatur, vel non ponatur, ut bene discit Amicus lo. c. ubi proinde negat esse eandem rationem de dolore putato, quoniam hic non pendet ab Ecclesia, sed ab ipso poenitente, & ideo primum supplere potest inficere etiam eo cui conceditur, quia conceditur ad publicum bonum, non autem secundum. Ex qua doctrina solvitur etiam ratio Brancati nostri ex absurdis deducta, quae ex prima sententia sequeretur, negatur enim illa sequi absurda, potestas enim ordinis distincta est a potestate jurisdictionis, quae ab Ecclesia pendet, ut ponatur, vel non ponatur, illa vero immediate pendet a Deo, a quo est immediate instituta, & ideo Ecclesia facere non potest.

test, quod femina existimata vir, & Sacerdos valide Confessione audiat, & poenitentes absolvat, neque quod simplex Clericus se fingens Episcopum, & communiter talis putatus valide confirmet, & ordinet; quia deficeret illis potestas Ordinis, quae ab Ecclesia immediate non pendet ut ponatur, vel non ponatur sed a collatione Ordinis Sacerdotii, & Episcopatus, quod est Sacramentum immediate a Christo institutum. Sed neque etiam opinio satis firmo nititur fundamento, quia ut diximus, sent. disp. 5. qu. 3. de Conscientia probabili ar. 1. ex obligatione virtutis Religionis in materia Sacramentorum, ac eorum ministerio tenemur se qui opinionem tutiorem, & certiorum ob speciale materiae celsitudinem, & omnimodam Sacramentorum venerationem ex institutione Christi Domini praecise dependentem. Cum igitur secunda opinio tutior sit, & securior ut dictum est haec sequenda videtur, & dicendum iterandum esse Confessionem, ubi primum poenitenti confititur, quod Confessarius nullam habuit jurisdictionem ad ipsam absolvendum. Et ne dicatur, quod hoc tenendo male ipsam esset iis, qui errore inculpabili detinerentur, ne statum Ministri illegitimi cognoscerent, addendum est infinitam esse Dei misericordiam nec absolute suam omnipotentiam Sacramentis allegasse, ut communiter dicit Theologi, atque ideo existimandum est, quod Deus in tali casu alia via illis peccata condonet, & det gratiam, quam per viam Confessionis, ut supra dictum est de eo qui in casu mortis totam nequit facere Confessionem si absolvitur cum sola attritione; vel dicendum, quod Deus eos illuminat, ut errore eruantur, ut in alijs casibus similibus dicti solet, quia poenitens facit, quod in se est, & se ad aliud obligari inculpabiliter ignorat.

198. Postremo, ut confiteri quoniam modo fit repetenda Confessio in casibus praedictis, conveniunt Doctores, quod si Confessio apud alium Confessarium a priori diversum sit repetenda, debet omnino explicite, & distincte omnia repeti peccata quod etiam, & numerum, ac si poenitens dicta non fuisset, & ratio est, quia prior illa Confessio, & noticia priori Confessario praestita nihil profus notiam, & informationem posterioris confert, ut de se patet, quare debent omnia peccata huic de novo, & integro narrari, & manifestari. Si vero Confessio fiat apud priorem Confessarium, aliquid dicitur sufficere, ut poenitens sit, in genere de peccatis eidem Confessario antea manifestatis in alia Confessione, etiam si Confessarius oblitus sit status poenitentis. Ita Medina qu. 24. de Confessione, quod tenet Diana 3. part. tract. 4. resol. 123. existimans absoluteionem fore validam in eo eventu, quamvis Confessarius neque statum peccatoris generatim recorderet, sed solum quod sibi Confessarius fuerit. Alii vero contra volunt de novo, & distincte, ac explicite repetendam esse Confessionem, quia necessaria est in Confessario distincta peccatorum noticia, ut medelam necessariam adhibere possit, & ideo requiritur distincta Confessio. Ita Corduba in Summa q. 6. Suarez disp. 22. sect. 6. Coninch. disp. 7. sect. 11. Brancatus loc. cit. & alii nonnulli. Alii tandem communius, & probabilius media via incidentes docent, quod si Confessarius recorderet saltem in conspectu de statu conscientiae poenitentis, vel saltem poenitentia illi junctae, opus non sit distincte Confessionem repetere, sed sufficienter confitebitur dicens, se irritam fecisse Confessionem ob hanc vel illam causam, accusando illam si culpabilis fuit, & simul se accusando uno verbo generatim de omnibus peccatis tunc dictis; haec enim accusatio cum illa status noticia sufficit, ut Confessarius recte iudicet, & poenitentiam imponat, ac proinde ut convenienter absolvere possit, atque ita quidem servatur in praxi; nam saepe quando differt absoluteionem ab uno die in alium, non recordatur distincte, & explicite omnium, quae audivit, sed solum in conspectu status poenitentis comprehendit, & hoc sufficit ad absoluteionem tribuendum, & congruam poenitentiam imponendam; hoc etiam igitur sufficiens erit in repetendis Confessionibus in valide factis, sive ex defectu doloris, sive ex defectu integritatis, & alijs capitibus, non autem illorum, ut contendit etiam Brancatus noster ar. 9. cit. num. 287. Ita Navarrus, Sylvester, Valquez, Valentia, Henriquez, Averla, Bonacina, Reginaldus, Layman, Caspensis, Torcia, & alii passim.

QUESTIO OCTAVA.

De Ministro Sacramenti Poenitentiae.

199. CERTA fide tenendum est, ut diximus 4. sentent. disput. 5. cit. quaest. 19. solum Sacerdotem esse huius Sacramenti Ministrum, ita definiunt Concilium Constantiense in Bulla Martini V. & Trident. sess. 14. cap. 6. &

10. quod etiam ex scripturis evidenter deducitur, nam Jo. 10. & Matth. 18. solis Apostolis, ac eorum successoribus promissa, & concessa est clavium potestas illis verbis: Quorum remiseritis peccata remittentur eis, ut unanimiter verba illa Christi Domini intellexerunt SS. Patres, & praesertim S. Ambrosius lib. 1. de poenitentia cap. 3. S. August. lib. 3. conf. Epist. Parmeniani cap. 12. & S. Leo epist. 92. ad Theodorum. Et infallibilis omnino est, ac ridiculum, ut ibi dicebamus, quod ait Lutherus per illa verba Christum omnibus Christianis talem contulisse facultatem; siquidem expresse ex ipso Evangelico textu deducitur, tunc Christum Dominum solis discipulis esse locutum, qui erant ibi congregati foribus clausis propter metum Judaeorum, atque ideo illis solis talem concessisse facultatem, & auctoritatem; qui erant Apostoli, & consequenter eorum successoribus, ut patet ex universalis Ecclesiae traditione. Verum quia circa modum hujus ministerii aliqua sunt difficultates, breviter sunt explicandae ex ibi dictis, alia addenda ibi ommissa ad mortalitatem spectantia.

ARTICULUS PRIMUS.

Quis sit legitimus Sacramenti Poenitentiae Minister.

200. PRIMO pro resolutione quaestii dicendum est, quod quamvis certum sit solum Sacerdotem esse legitimum huius Sacramenti Ministrum, ut dictum est, non tamen quilibet Sacerdos quolibet poenitentes valide absolvere potest, sed prae potestatem ordinis, quam in ordinatione accipit, requiritur ulterius in eo potestas jurisdictionis; quarum potestatum distinctionem ita explicavimus cum communiore i. c. quod quamvis Sacerdos vi ordinationis suae accipiat immediate a Christo Domino potestatem remittendi peccata, non tamen accipit materiam, cui potestatem illam applicet, nec vi ordinationis suae subditos habet, in quos judicalem illam potestatem exerceat, sed per Ecclesiam postea isti determinantur, quatenus Sacerdos constituitur Judex vel ordinarius, vel delegatus talium, & talium. Ita declaratum fuit in Concilio Florent. in decreto Eugenii, in quo dicitur: *Ministrum Sacramenti poenitentiae esse Sacerdotem habentem auctoritatem absolvendi, vel ordinariam, vel ex commissione, & postea confirmatum est in Trident. sess. 14. cap. 7. ubi expresse dicit, nullius momenti absoluteionem eam esse debere quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet jurisdictionem.* Et hoc totum significavit Scot. 4. disp. 19. quaest. un. ar. 4. ubi docet remissionem peccatorum ex potestate clavium totaliter provenire, quam Sacerdos in sua ordinatione accipit, tamquam a principio, seu potestate, per quam directè fit ipsa remissio, quia remissio sit virtus Sacramenti, & directè per absoluteionem, quae est usus clavium, & per ministrum ex divina institutione; non autem per aliquam institutionem humanam Ecclesiae, quae nullam habet potestatem Sacramenta instituenti; aut eis efficaciam illam tribuere, seu effectum, secundum quod instituta sunt a Christo, & mediantè sola Christi institutione. Unde sicut Ecclesia accipit tantum jurisdictionem fori externi, mediantè qua nequit peccata remittere, ita quicquid per hanc potestatem facit directè, non concedit auctoritatem dimittendi peccata proprie, & directè. Quia tamen auctoritas in sua ordinatione Sacerdotibus concessa non tollit auctoritatem Ecclesiae concessam jurisdictionis, subordinationis, & hierarchiae, quam in personas omnes habet, ideo huic auctoritati subordinatur clavium potestas indirectè, quatenus determinatio, & concessio persone, in quam exerceri possit sententia, directè spectat ad Ecclesiam, ut inquit Trident. loc. cit. illis verbis: *Quoniam igitur natura, & ratio iudicio illud expedit, ut sententia in subditos dumtaxat feratur.* Quamvis ergo Sacerdos a Christo potestatem, acceperit absolvendi a peccatis directè, & quando absolvit, in persona Christi absolvat, ut ejus Vicarius, & in virtute potestatis illius, a quo data est; quia tamen ut illa potestas valide exerceatur, requirit subditum, in quem feratur sententia, quem Sacerdos ex vi ordinationis suae non habet; sed debet ab Ecclesia recipere, quae sola in subditos potestatem habet per se, & reliqui dependent ab ipsa, seu ex eius confessione, hinc manet suspensa potestas clavium, donec per Ecclesiam reductur ad actum, quod totum optime advertit Hiquerus 4. disp. 19. qu. un. art. 4. in Commentario.

201. Secundo hinc deducit Doctor loc. citato potestatem clavium esse potentiam remorantem, & non propinquam, quia potentia remota est, quae quis de se, & simpliciter agere, potest, propinqua vero, & proxima requirit passum approximatum, & non impedimentum, ut agat, ex Arist. 9. Met. c. 4. ubi docet quod potentia activa, cui statim respondet passiva, & non est impediibilis est potentia propinqua ad agendum; potentia vero, cui statim non respon-

quæ igitur necessitas præstat bonitatis sit ob sanctitatem, & reverentiam Sacramenti, utique adq̃ unum facit Sacramentum, uterque eandem sanctitatem requirit. Dices, dispensatio Eucharistiam in mortali non agit illicite, sicut neque parochus in mortali assistens matrimonio, ergo neque audiens confessiones in mortali, & videtur sufficere ut culpa careat, dum absolvit. Negatur paritas, quia primi actus, scilicet, dispensare Eucharistiam, & matrimonio assistere non sunt actus Sacramentales sicut audire confessiones in ordine ad absolutionem; tunc enim Minister Sacramenti vere, & propriè cognoscit in causa, & potestatem clavium exercet, quod exercitium est actus Ordinis, non sic matrimonio assistere, & interesse, quia ipsi contrahentes sunt ministri, Parochus autem officium testis adhibet, ut scilicet, talis contractus in facie Ecclesiæ fiat, ut suo loco dictum est, ita Suarez, Valquez, Possévinus, Bonacina, Brancatius, & alii. Ad hanc autem probitatis conditionem addi debet, ne Sacerdos sit aliqua censura, aut irregularitate ligatus, etenim ex hoc etiam capite hoc Sacramentum ministrans graviter delinqueret, & si esset aliqua censura ligatus, eo ipso irregularitatem incurreret, tamquam, exercens Ordinis Sacramentum censura ligatus, quod pariter omnibus Sacramentis est commune, ut communiter Doctores docent.

11. Secundo requiritur in Confessario scientia, & eruditio conveniens ad hoc ministerium, & hic distinguendum est cum Fabro nostro disp. 26. cap. unde scientia necessaria ad valorem Sacramenti, & de scientia necessaria ad hoc tantum, ut rite, & rectè, & sine peccato hoc Sacramentum administraretur, si enim ignorantia in Sacerdote tanta esset, ut non sciat formam absolutionis, nec sciat communiter discernere inter mortalia, & venialia, hæc redderet nullam confessionem, quia si formam absolutionis ignorat, nullum est Sacramentum, ut ait Navarrus in Summa 6. Quia tamen hæc ignorantia regulariter non datur in eo, qui ad hoc ministerium vult admitti, & nullus Christianus ignorat, quod blasphemare, hominem occidere, vel alienam cognoscere est peccatum ducens hominem ad infernum, & contra dicere verba otiosa, & similia esse peccata levia, per quæ quis non damnatur, & consequenter esse venialia; ideo hic tantum est sermo de scientia quæ est conditio necessaria ad rectè ministrandum hoc Sacramentum, & sine peccato. & queritur qualis, & quanta esse debeat, & talis scientiam esse necessariam satis de se patet, quia ad rectè exercendum istud officium debet esse unquamque idoneus, ac sufficienter instructus, ne errandi periculo se exponat; ergo tanto magis Confessarius, qui in hoc ministerio Judicis, & Medici personam sustinet, quæ gravior peccaret qui sine sufficienti scientia hoc officium assumeret. Ut igitur Confessarius debeat suo muneri satisfacere posse, conveniunt Doctores teneri scire non solum quæ sint de substantia huius Sacramenti, sed etiam quæ de præcepto, ut qualis esse debet dispositio penitentis ad fructum huius Sacramenti percipiendum, quæ sint peccata, vel non, quæ circumstantiæ peccati speciem mutant, vel notabiliter aggravent. Item scire debet obligationes restituendi, impedimentum Matrimonii, quæ sint peccata reservata, quibus sint annexæ censuræ, à quibus possit absolvere, aut non possit, in casibus vero difficultatibus circa censuras, obligationem restitutionis, &c. debet si non scire saltem dubitare, ut absolutionem differat quousque doctores consuluerit. Unde non tenetur Confessarius, ex actu omnia scire ad mortalem doctrinam spectantia, sed quæ communiter occurrunt, & nota esse solent, nec tenetur promptè omnia discernere, & memoria retinere, sed satis erit, si in casibus difficultatibus, & raro occurrentibus dubitare sciat, ut spatium accipiat ad libros legendos, vel doctores consulendos. Debent etiam attendi circumstantiæ penitentium, & locorum, ubi Confessarius tale munus exercet, non enim opus est esse per se satis instructum Confessarium audientem viros peritos, & doctos qui possunt tunc supplere Confessarii defectum in rebus necessariis ipsum instruendo, & plures tenentur scire Confessarii in Civitatibus expositi, quam in pagis, & villis, ad illos enim Judices, Curiales, & Mercatores accedere solet, qui casus incurrunt difficultiores, non autem ad istos, Ita Lugus, Aversa, Caspensis, Bonacina, Abell, & ex nostris Faber, & Brancatius, & alii passim.

12. Ex quo deducuntur graviter peccare Sacerdotes ignaros, & sine scientia requisita se exponentes ad audiendas confessiones, & necessitates distinguere mortale à veniali, nec mortale à mortali, neque circumstantias peccatorum speciem mutantem graviter peccare, quousque hoc ministerium exercent, ac etiam gravissimum Episcopos, & alios Prælatos, qui tales Sacerdotes suis præficiunt ovibus, toties enim exponunt se periculo sacrilegii, ut, scilicet solvant, quos non possunt, & ligent præter formam debitam, ideoque tales Sacerdotes non censi idoneos pro hoc ministerio clare docuit Benedictus XI. Extravag. Insuper cunctas de

Privileg. explicans illud Osee 4. Tu scientia reliquisti, & ego repleam te, ne Sacerdotes fungari tibi, quia labia Sacerdotum custodiant scientiam, alias prout ad eum pertinet, subdit ibi Pontifex, inter peccatum, & peccatum discernere non potest. Excipitur tamen communiter, ut Faber noster advertit disp. 16. cit. in fine mortis articulus, & captivitas, inter Saracenos, & similes alii casus, in quibus copia alterius Sacerdotis non adest, nec de proximo speratur, & periculum urget: tunc enim dummodo Sacerdos absolutionis formam sciat, & proferre possit, & cognoscat in genere aliqua peccata mortalia, sicut quilibet idiosus Christianus cognoscere solet, tuta conscientia hoc munus exercere potest, nam in his, & similibus casibus quodcumque peccatum, & quælibet censura absolvi potest, & nulla, vel parva satisfactio exigi potest, & sufficit bonum propositum in penitente, si potest, & dolor de omnibus, ut docet Nav. in Summa 6. 4. cit. & alii passim.

13. Tertio requiritur in Confessario prudentia, quæ etiam necessaria est non simpliciter ad valorem Sacramenti, sed secundum quid ut, scilicet, hoc Sacramentum rectè, & sine peccato administraretur, ut dictum est de scientia, sicut enim prudentia, in aliis rebus agendis est necessaria, ut agens suum finem consequatur; ita etiam in Confessario est necessaria prudentia ad suam finem consequendum qui est facere sententiam justam, & rectam de peccatis confessis, & istam imponere penitentiam satisfactionem, ut in gratiam Dei illum restituat, quod fieri solet usque instruendo illum, nunc interrogando, nunc arguendo, nunc ad pia opera incitando, & opportuna remedia adhibendo, ut penitentem ad omnia peccata manifestanda inducat, ad contritionem, & firmum propositum non amplius recidivandi, ad occasionem evitandam, & similia; qualis autem, & quanta hæc diligentia, & prudentia esse debeat, solet à Summis declarari exemplo Medici corporalis, sicut enim hic nihil intactum relinquit ut infirmum depellat, & infirmum sanet, ita Confessarius, qui est medicus spiritualis, se gerere debet, ut mortui peccati ab anima abiciat. Unde si penitentem advertat aliquis ignorare ad hoc Sacramentum necessaria, tenetur cum instruire, & adinovere quantum potest, verbi gratia si nesciat illa, quæ necessitate medi sunt ad salutem necessariam, debet ea docere, ut obligatum esse ad odium deponendum, ad restitutionem famæ honoris, aut bonorum, ad occasionem peccatorum tollendam, ad removendam, vel reparandam scandala, aliarum damna, que inultè, similiter eadem prudente Confessarii requiritur in tranquillo penitentis animo, si forte serpens agitando esse percipiat, & eoque per spem, & confidentiam in Deum erigatur, si timore nimio, aut aliqua desperationis tentatione depressum esse cognoscat. Denique ut optime advertit Cardinalis de Lugo disp. 22. num. 37. quando Confessarii Principum, Prælatorum, aliorumque magnatum sciunt ipsos non satisfacere officio v. g. circa collationem beneficiorum, electionem ministrorum, gubernationem subsidiorum, impositionem pedagogy, circa electionem ex bonis Ecclesiasticis faciendam, &c. regulariter tenetur Confessarius penitentem admonere de sua obligatione, alias si absolvit, suis humeris peccata illa imponit, & cæcus cæcum ducens ambo in foveam inferni cadunt, ratio est, quia in talibus raro est ignorantia invincibilis, & inculpabilis, & raro contingit, quod illa scandalum non afferant in subditis, & damnum commune. Hæc etiam prudentia Confessarii præsertim requiritur in sigillo, sed secretè Confessionis inviolabiliter servando, de quo dicemus infra.

14. Quarto loquendo de Confessarii obligationibus, dixerunt aliqui non teneri Ministrum in discursu confessionis interrogare, & examinare penitentem, sed tantum attendere, & iudicare ea que penitens confitetur, ita insinuat Scotus 4. d. 18. q. 2. art. 4. quia inquit, officium, & onus Confessarii per se est audire, non autem interrogare. Rectius tamen alii communiter docent per se etiam teneri Confessarium oportunitè interrogare penitentem, & ita adjuvare ad integram confessionem perficiendam, & præsertim ad hoc tenetur, quousque videt eum ex ignorantia, aut oblivione, aut inconsideratione, aut pudore vel alia quavis de causa culpabiliter omittere, quod ad integritatem confessionis requiritur. Ita D. Thomas, D. Antoninus, Navarrus, Reginaldus, Suarez, Aversa, Caspensis, & alii passim, & habetur cap. Qui vult confiteri de penit. disp. 6. ubi dicitur, quod diligens inquisitor sapienter interrogat à peccatore, quod forsitan ignorat, vel reticentia veli occultare, & rationaliter quidem, quamvis enim per se loquendo Confessarii officium non sit interrogare penitentem, sed audire; quando tamen penitens in confessione deficit, ipsum adjuvare tenetur, cum enim sit Judex, & Dei minister, fatigare debet ad perfectionem huius iudicii, & Sacramenti, procurando Confessionis integritatem, non solum quantum ad bonam fidem, & sufficientem penitentis dili-

gentiam, sed etiam materialiter, quantum morali modo fieri potest; illos autem penitentes, qui per se sunt satis instructi, & ad sua peccata dicenda cum suis circumstantiis idonei, opus nõ est, qui Confessarius interroget, sed tantum eos, qui hoc adiutorio indigere videntur, & quia adeo advertit penitentem non se sufficienter examinare, si enim defectus culpabilis esset, & ex negligentia, confessarius plane delinqueret indisplicite absolvendo; Neque curia tales penitentes oportet, ut confessarius perquirat quemcumque in mentem venire possunt, seque, & penitentes nimirum vexare; immo si rudes sunt, & idiotæ non expedit, ut ea perquirat, quæ fortasse sunt illis ignota, sic enim illos indirectè doceret de talibus peccatis, quæ committi possunt, & hoc præsertim circa peccata carnalia observari debet modestè tantum interrogando, quæ præcise necessaria sunt, nec superfluis, & curiosis interrogationibus multiplicando, ne nimirum ruborem penitentibus intereger, & ne se, vel illos in aliquod periculum pravæ delectationis conciat ob fragilitatem humanam in hac materia venera.

15. Quinto, tenetur etiam Confessarius ad hoc Sacramentum perficiendum, advertere, ut penitens sit rite dispositus per contritionem, vel saltem attritionem de præterito, & propositum de futuro; & circa hæc dispositionem expendendam non levis aliquando difficultas occurrit, quomodo Confessarius se gerere debeat cum eis, qui frequenter in eadem peccata relabuntur, hæc autem dispositio vel per se deprehendi potest ex signis, aut verbis ipsius penitentis, vel ex conditione, & statu ejusdem prudenter præsumi. Et quidem quando cognoscit penitentem non esse ita dispositum, & statum peccati mortalis relinquere nolle utique cum absolvere non debet, quales sunt qui inimicis reconciliari recusant, alienum restituere cum possint, nec proximas peccandi occasiones relinquere volunt, tales enim veram contritionem de peccatis commissis habere non consentunt, nec verum propositum de eisdem in futurum non committendis. Si vero Confessarius deprehendat penitentem ex mera fragilitate in eadem peccata sepe relabi, certum est toties absolutionem illi dari posse, quoties in illa peccata relabatur, dummodo verè contritus, vel attritus de illis ad penitentiam accedat, & cum firmo proposito non amplius peccandi, sic enim docet Concil. Trident. sess. 14. cap. 2. his verbis: Penitentes per Sacramentum satisfactionis non solum, sed etiam, quoties ad penitentiam tribunal confugerint, posse ab admittis peccatis liberari, quod etiam passim docent SS. Patres, & præsertim Div. Hieronymus epist. 46. ad Rusticum dicens: Non solum sepe, sed sepe sepe sepe de linguæ, si convertatur ad penitentiam, peccata condonantur, & ratio est, ut inquit Navarrus in Manuali cap. 3. quia frequens peccati recidiva non est semper argumentum necessarium, quo iudicari possit penitentiam, seu contritionem non esse veram, sed est tantummodo signum maxime fragilitatis humane, nec ad recipiendam absolutionem requiritur, ut penitens, non amplius in futurum peccet, sed ut amplius peccare nolit. Quamvis autem hæc ita se habeant, nihilominus ut advertit Abellus cap. 5. cit. de Sacram. Penit. sect. 19. debet Confessarius prudenter, non tantum quid possit absolute loquendo, sed potius quid hic, & nunc ipsi penitenti sit magis expediens, utilius enim interdum erit, si frequens Confessionis usus illi sit nocivus v. g. si occasione liberis peccandi inde desumat, cum privare beneficiis absolutionis, vel illam in aliquot dies differre, & interim pia quadam opera, & penitentis exercitia illi imponere, quæ omnia ex varia penitentis dispositione ad iudicandum debent, & Confessarii prudentia potius dignosci possunt, quam ex certis regulis, & præceptis.

16. Sexto tenetur præterea Confessarius monere penitentem, qui ignorantia vincibilis, & moraliter culpabilis est in malo statu, quia aliàs Sacramentum non bene administrabitur propter indispositionem penitentis; si vero ignorantia sit invincibilis, & inculpabilis v. g. si penitens bona fide rem alienam possideat, vel si ignoranter contraxit, & retinet matrimonium cum impedimento dirimente, & similia, tenetur quidem monere, & instruere penitentem, eumque educere ex invincibili ignorantia, quando speratur fructus, nec incommoda graviora timentur, quæ limitatio apposite additur, quia si timentur ad monitionem non profuturam, sed potius forenoxiam, quia nimirum penitens adhuc admonitus illo statu permancbit, in quo per ignorantiam excusatur, vel saltem adhuc manebit in peccandi periculo; tunc debet potius ab admonitione cessare, illumque in bona fide relinquere, nec admonendo talium peccatorum penitentem causam præbeat. Unde si Confessarius penitentem previdat non restituatur, si ipsi nullas tituli detegatur, quin professe putat, non est illis nullitas à Confessario non interrogato tendenda, & si advertat matrimonium esse nullum, sed timent conjugem, adhuc in conjugio permanens post admonitionem, sive in periculo continuandi actus conjugales, vel

si timent aliud notabile damnum ex ea admonitione fecuturum ut v. g. ex conjugum separatione magnam scandalum, aut personarum infamiam vel hostilitatem, ac filiorum periculum; tunc pariter dissimulare debet ab admonitione cessando, & penitentem in bona fide relinquere, quia non debet cum tanto proximi periculo, ac dispendio providere, ubi alioquin formalis culpa non erit, sed tantum opus materialiter malum, & per ignorantiam inculpabilem excusatum. Ita Suarez, Lugus, Sanchez, Villalobos; Diana, Layman, Aversa, & alii passim; quæ tamen addunt, quod si opus redundaret in grave Communitatis damnum, ut v. g. si Confessarius advertat quæpiam invalide ordinatum in Sacerdote in bona fide celebrare, & Sacramenta administrare, illum adhuc admonere tenetur, etiamsi timent eum in tali ministerio perseveraturum, quia hoc refertur in grave damnum spirituale Communitatis, & sperari potest post factam admonitionem illum saltem aliquo tempore post ab eo ministerio cessaturum.

17. Septimo, quia contingere potest, ut Minister in Confessione aliquam ex regulis traditis non observet, & defectum aliquem committat, sive culpabiliter ex malitia, vel vincibilis ignorantia, sive inculpabiliter, & ex bona fide, videndum est qualiter obligatus remaneat talem defectum supplere, & corrigere, & quia tales defectus ex pluribus, & variis capitibus contingere possunt, breviter de principalioribus discurrendum est, & dicendum, quod si defectus contingat quoad valorem, & substantiam Sacramenti, ut si Sacerdos non protulit integram, & necessariam absolutionis formam, vel absque intentione, aut jurisdictione ex parte sua, vel absque dispositione necessaria ex parte penitentis, dicendum est cum Fabro nostro disp. 33. c. 3. Bonacina disp. 5. quæst. 7. punct. 6. & alii, quod si post Confessarius sine scandalo, & sine gravi suo detrimento eum admonere, ut iterum confiteatur, ad id tenetur admonendo ipsum de absolutione invalide collata, si autem id facere nequeat absque gravi suo detrimento, ad hoc non tenetur, sed solum debet de illo peccato penitere; penitenti enim sit parum nocuum, quia jam ipse durante bona fide satisfecit præcepto, & conscientie suæ. Unde non valet paritas de Baptismo, & Ordine invalide collato alicui, qui admoneri debet de tali invaliditate propter spiritualia incommoda, quæ sequuntur, quia in illis nocuum mentem insipientibus est gravissimum, & irreparabile qui enim invalide est baptizatus, alia Sacramenta recipere nequit, & invalide ordinatus non potest alia Sacramenta valide administrare, quæ sunt incommoda magni momenti, non sic de administratione invalida Sacramenti penitentia, ut dictum est, & consequenter invalide absolvens potest ob leviorum causam excusari ab admonitione facienda penitentem, quo excluderetur invalide baptizatus, vel ordinatus. Si vero defectus in Confessione contingat solum circa materiale integritatem salva tamen validitate, & substantia Sacramenti, utopote quia Confessarius non satis interrogavit, & examinavit de necessariis speciebus, aut circumstantiis, aut numerum peccatorum penitentem alioquin bona fide confitentem, si Confessarius ipse fuit positive causa, ut ille prætermitteret aliqua necessaria explicanda, utpote dicendo opus non esse talia dicere, tenetur pariter postea, dummodo sine scandalo, aut gravi detrimento possit, illum monere ad hoc, ut materialis confessio sit integritas restitueret, si vero Confessarius non fuit positive causa, sed tantum per omissionem non interrogavit, sive id ex pura inadvertentia, sive etiam ex negligentia, voluntarie acciderit, non remanebit eum tanto rigore obligatus, ad talem admonitionem; quia defectus est solum materialis, & non ab ipso Confessario positive causatus, nec alterius damni illativus, ita cum tali distinctione via media graditur Aversa quæst. 16. sect. 13. inter duas opiniones extremas ab ipso ibi relatas, quarum una absolute affirmat Confessarium etiam in hoc casu teneri penitentem monere pro supplendo defectu integritatis, alia absolute negat.

18. Postremo, si defectus in Confessione commissus sit talis qui damnum aliquod inferat penitenti, ut v. g. si Confessarius eum non monuit, & obligavit ad evitandam occasionem proximi peccandi, quam habeat, & ideo in periculo relabendi remansit, in tali casu tenetur talem supplere occasionem evitandam, & instruendo penitentem ad huiusmodi occasionem evitandam ac novum damnum illi imminens, quando commode, & sine scandalo, ac sui detrimento id facere possit, ad idem etiam tenetur, quod defectus in Confessione commissus non obligavit ad restituendum, quod debeat, ad tollendum scandalum, &c. & tanto magis si redundet in damnum publicum, ut patet proditorem aut in Confessione sollicitatorem, sive alio modo, in his enim casibus tenetur etiam Confessarius talem supplere defectum, non

respondet passum, vel eo habito est impediens durante impedimento non est potentia propinqua, sed remota. Quia ergo Sacerdos ex ordinatione Sacerdotali non statim materiam habet, in quam claves exercent, sed opus est, quod aliquis subditus sibi assignet in quem habeat jurisdictionem, & usum clavium, non solum ad hoc, quod rite absolvat, sed ad hoc ut simpliciter absolvat, quia ut habetur in 6. de Regulis juris, sententia a non suo Judice lata est nulla; idem talis potestas ordinis, seu clavium præcisè sumpta est remota, non propinqua. Et hinc Doctor ibidem assignat disparitatem inter potestatem consecrandi, & absolvendi ordinatione Sacerdoti collata, quod illam nequeat Ecclesia validè suspendere quoad nullitatem actus, quem facit, si attinet, quia potestas illa cum habeat materiam in re ipsa independentem ab Ecclesiæ jurisdictione, & consensu, est potestas proxima nulli alteri subordinata, non ita potestas absolvendi, quæ non habet materiam independentem a consensu, & auctoritate Ecclesiæ, ideoque suspensa manet, donec accedat Ecclesiæ approbatio respectivè ad designationem subditorum, quam tribuit vel ratione muneris, & officii, ad quod aliquam assumis, & ratione beneficii, cui annexa est animarum cura, & hæc vocatur ordinaria, vel tantum delegat auctoritate per se, quæ dicitur delegata, quia non ex munere, & officio conveniens, sed intelligitur habere auctoritatem, & jurisdictionem uno, vel altero modo Confessarius in Ecclesia, ut potestatem clavium rite, & validè exercere possit, hæc est communis doctrina Scottistarum d. 17. cit. Aretini ibidem, Faber d. 25. c. 3. Brancatus disp. 19. art. 3, & aliorum.

199 Tertio est difficultas, an quilibet Sacerdos etiam non approbatus possit à peccatis absolvere venialibus, & mortalibus alias confessis, Affirmant etiam quælibet Sacerdotem etiam non approbatum à peccatis mortalibus alias confessis, & remissis & à quibusvis venialibus quælibet Sacramentaliter absolvere posse dummodo tamen non sit excommunicatus, aut alio impedimento Canonico notorie obstrictus. Ita Vivaldus, Pefantius, Suarez, Henriquez, Reginaldus, & alii apud Bonacini. disp. 9. q. 7. de Sacram. Penit. punct. 1. five id possit ex vi ordinationis suæ, five ex consuetudine, vel tacita Ecclesiæ concessione, five ex eo, quod penitens quoad ea peccata se ei subiicit, quæ clavibus, Ecclesiæ non tenentur nubere, cum sit materia libera; Hoc idem docent alii à nobis citati questio. 19. citat. art. 2. qui dicunt antiquos Doctores supponere hanc consuetudinem Ecclesiæ, quod quilibet Sacerdos materia libera absolvere possit. Addunt tamen adhuc quamplures istorum hanc jurisdictionem quoque haberi ab Ecclesia immediate, & non simpliciter de iure divino, aut ab ipso penitente liberè se subiciente huic, vel illi Confessario in cõsensione venialium, & hæc esse jurisdictionem non ordinariam, sed delegatam per universalem concessionem quoad hoc factam ab Ecclesia omnibus Sacerdotibus, Verum Faber noster disp. 25. cap. 3. versus finem, Brancatus disp. 19. art. 3. in fine cum aliis negant simplices Sacerdotes posse à peccatis absolvere venialibus, & mortalibus alias confessis, quia hoc etiam fieri nequit sine peculiari jurisdictione, cum etiam super materiam liberam hoc ministerium exerceatur per modum iudicii. Nullibi autem apparet, quod Deus in Ordine det hanc jurisdictionem Sacerdoti quod venialia, & mortalia dimissa, quia, illis verbis: *Quorum remisistis peccata &c.* insinuat hoc Sacramentum contra peccata indistinctè, nec ulla ratio expulstat, ut ibi constitutur Sacerdotes Iudices animarum cum plena potestate in causis levioribus, ut sunt peccata venialia, in causis vero gravioribus, ut sunt mortalia, cum auctoritate diminuta. Nec dici potest, quod ab Ecclesia, scilicet, Concilio, vel Papa supremam auctoritatem habente concessa sit simpliciter Sacerdoti huiusmodi jurisdictione, & facultas quod peccata venialia, non enim apparet à quo Concilio, vel Papa talis concessio facta fuerit; Neque apparet in Ecclesia talem semper extitisse consuetudinem, quia nostris temporibus nullum videmus simplicem Sacerdotem audire confessionem etiam venialium, nisi habeat auctoritatem jurisdictionis ordinariam, vel delegatam, idque expresse deducitur ex Trid. sess. 14. cap. 7. ubi ait in Ecclesia Dei semper fuisse custoditam, ut nulla sit reservatio in articulo mortis & nullius momenti esse abolitionem, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut delegatam non habet jurisdictionem, Navarrus in Manuali c. 4. & in cap. placuit d. 6. de Pœnit. inquit, nulli legitime, nec vidisse esse in usu hanc consuetudinem, ut Sacerdos non admittis ab Ordinario absolvat etiam à venialibus.

203 Quarto est difficultas, an quilibet Sacerdos etiam ab Ordinario non admittis possit in articulo mortis, penitentiam absolvere, Communis sententia docet, quemcumque Sacerdotem quamvis non approbatum sit, nec ab Ordinario admittis, imo etiam si excommunicatus, suspensus, degradatus, aut hæreticus sit, ut postea dicemus, posse tamen quemlibet penitentem

quibusvis peccatis, & censuris in articulo mortis absolvere, ut docet D. Bonavent. 4. dist. 19. art. 3. quest. 1. quod expresse deducitur ex ipsis Concilii verbis superius relatis in pietatem Ecclesiæ id reducuntibus, dum inquit: *Pis. admodum in Ecclesia Dei custoditum fuit semper, ut nulli si reservatio articulo mortis, & sumitur etiam ex ipsa forma reservationis casuum, qua Pontificis mortis articulo semper excipere solent, unde talem auctoritatem quoque in mortis articulo ab Ecclesia quilibet simplex Sacerdos habere supponitur, ut sonantibus verbis docet Concilium l. c. Per articulum verò mortis, licet Canus, Soto, Valentia, Covarruvias, & quidam alii Summi ite intelligant in rigore tempus illud, quo certo, & de proximo mors instat, unde negant in urgente mortis periculo posse Sacerdotem simplicem audire, & absolvere penitentem contententes hanc auctoritatem esse illi concessam in solo mortis articulo, non periculo; alii tamen Theologi communiter per articulum non in periculo; alii tamen Theologi communiter per articulum mortis etiam illius probabile periculum Intelligunt, quale est eorum, qui periculum, aut periculum navigationem proxime funt in mari, & in hoc necessitate casu, & periculo dicunt posse simplicem Sacerdotem audire, & absolvere penitentem, quæ explicatio articuli mortis fundamentum habet in ipso iure, ubi sacri Canones pro eodem accipiunt articulum mortis, & periculum mortis c. si quis suadente &c. c. 17. q. 4. & cap. *Eis quibus sent. excom. in 6.* Et hoc etiam rationi fatis consonum est ob animarum remedium, & salutem, nec perditionis periculo exponatur; quare sicut fideles non tantum in articulo mortis rigorosè sumpto, quando nimirum proxima est, ac inevitabilis secundum communem naturæ cursum sibi consulere, & propria peccata confiteri tenentur, sed etiam in alio quocumque probabili mortis periculo; ita & Ecclesia cuilibet Sacerdoti in similibus casibus facultatem audiendi, & absolvendi concessit. Hæc est autem in tali casu periculum mortis differentia observanda, quod Sacerdos ille a quibuscumque peccatis tunc directè absolvat etiam reservatis; a censuris vero non, nisi sub ea conditione, ut elapso mortis periculo penitens se coram Superiore sistat, id quod sibi ab illo injungatur, præstetur, ut cit. cap. declarat. Ita Medina, Sylvestre, Suarez, Valquez, Nugnus, Coninchius, Lugus, Caspensis, Aversa, Diana, Abellius, & ex nostris Faber, & Poncius, & alii passim.*

204 Quinto est difficultas, an simplex Sacerdos hanc habeat auctoritatem in prædictis casibus etiam præsentè Parocho, vel alio Confessario delegato. Affirmant Navarrus, Rodriguez, Henriquez, Villalobos, Barbosa, Ledesma, Diana, & probabile etiam censent Cardinalis de Lugo, & Caspensis. eo quod Concilium Tridentinum, in verbis adductis amplam, & absolutam facultatem concedit omnibus Sacerdotibus pro articulo mortis abque ulla exceptione, & limitatione, cum igitur verba Concilii sine universalis, & nullam conditionem, vel limitationem apponant, & absolvent, ac indistinctè dicat, omnes Sacerdotes ea potestatem gaudere in illo articulo, nullum est fundamentum ea limitandi, & restringendi, cum lex ipsa non distinguat, nec restringat, Communis tamen, & probabilior sententia negat. Ita Valentia, Valquez, Coninchius, Molina, Turrianus, Aversa, Avila, Bonacina, & absolute Lugus, & Caspensis, & alii passim. Probat ex ipso iure, quia in acti quibus Canonibus, & Arelensis cap. *Presbyteri*, & cap. ult. quest. 6. expresse hæc limitatio ponebatur, ut quando haberi poterat factas à legitimo Superiore ad absolvendum infirmum periclitatam, deberet hæc facultas exquiri, five pro foro externo, five etiam interno. Neque censendum est Tridentinum in allegatis verbis plus concedere voluisse ultra antiqua iure, cum verbis expressis declarat, se confirmare solum, id, quod in Ecclesiæ usu, & antiquiora iura dictabant, ut nempe Sacerdotes omnes in mortis articulo, quando necessitas urget, nec adesset Superior habens facultatem, possint à quibuscumque casibus reservatis absolvere. Accedit etiam congrua ratio huius intelligentie verborum Concilii, quia celsante sine legis celsat ipsa lex sibi autem legis huius fuit, fidelium necessitati in his casibus subvenire, ut patet ex illis verbis: *Ne ipsa occasione aliquis periret;* sed hæc necessitas non est, quando adesset proprius Sacerdos, & Superior facultatem habens ordinariam, vel delegatam. Quod tandem confirmatur etiam ex usu, & praxi Ecclesiæ in aliis Sacramentis administrandis, quæ plane ab alieno Sacerdote infirmis non ministratur, nisi in defectum proprii.

205 Sexto est etiam difficultas, an hæc facultas sit etiam concessa Sacerdotibus excommunicatis, suspensis, interdicitis, & hæreticis. Negant Medina, Covarruvias, Navarrus, Soto, Ledesma, & alii, quorum fundamentum est, quia censura Ecclesiastica ipso facto tollit jurisdictionem; sed jurisdictione necessaria est ad abolitionem à peccatis; ergo censura impedit talem abolitionem. Affirmat tamen communis, & probabilior opinio, ut dixi-

diximus etiam loc. cit. & ratio est, quia ad id etiam instantia necessitatis extenditur, & sacri Canones, ac Trident. Concilium amplè loquuntur abque ulla exceptione; tum quia hæretici, Schismatici, & alii quovis vinculo irretiti Sacerdotes non cessant esse Sacerdotes ex hæresi, schismate, & quavis alia censura, & pro illo actu eis jurisdictionis non aufertur, jurisdictionis enim tollitur Sacerdotibus per voluntatem Ecclesiæ, tales enim censuræ sunt ab homine; sed Ecclesiæ pro eo aucto, & in tali casu concedit eis jurisdictionem, quia nullum excipit Sacerdotem, ut constat ex Trident. cit. Adhuc tamen validè probabile censemus, quod ait Aversa quest. 16. sect. 3. in fine, quod si admittit simul simplex Sacerdos nullo impedimento ligatus, & alius excommunicatus vitandus, vel hæreticus, debet præferri Sacerdos simplex alteri impedito, dum commode fieri potest, quia tunc cessat necessitas utendi ministerio alterius impediti, & exclusi, de quo plura videri possunt apud Brancatum nostrum disp. 19. art. 9.

206 Septimo ex dictis deducendum loc. cit. num. 131. certum esse esse, non validè quidem posse ullum Sacerdotem audire confessionem, & absolvere à peccatis abque potestate ita jurisdictionis, quod patet ex huius Sacramenti institutione, nam Sacerdotes ex vi huius institutionis illud administrant cum auctoritate ferendo sententiam remissionis aut retentionis peccatorum, tamquam Iudices, & Superiores quidam fidelium quoad hunc actum in tribunalibus, & foro conscientie, hanc autem auctoritatem ferendo talem sententiam, five dicendi jus appellent omnes in proposito jurisdictionis, five dicendi jus appellentem; igitur æquè de fide certum est non posse hoc Sacramentum validè administrari sine hac potestate jurisdictionis, ut validè feratur illa judicialis sententia in foro conscientie. Sequitur ferendo ex dictis hanc jurisdictionis potestatem, quæ ex divina institutione necessaria est, ut administratio huius Sacramenti sit valida, non omnes Sacerdotes in quolibet penitentes habere, sed alios in alios juxta Ecclesiæ designationem; ac proinde aliquo modo differre à potestate Ordinis ipsius Sacerdotis. Sequitur tandem potestatem jurisdictionis, quæ ultra potestatem Ordinis ad absolvendum requiritur, & quam non omnes Sacerdotes habent, necessitatem ad id esse non ex solo Ecclesiæ statu, sed etiam ex ipsa Christi institutione, & iure divino, nam ex Christi institutione est necesse, ut Sacerdotes abolitionem impendant, tamquam Iudices; ergo etiam ut ad id habeant jurisdictionis potestatem, quæ ad id requiritur, non enim potest quis munus Iudicis obire sine competente jurisdictionis potestate, ut constat in quocumque foro.

207 Postremo addimus hic, in Sacerdotibus qui parochiale beneficium non habent, præter jurisdictionem, & potestatem, quæ ipsius demandari potest, requiritur quoque Episcopi approbationem, quæ nihil aliud est quam antehicium testimonium de illorum capacitate, & sufficientia ad excipiendas fidelium confessiones, eoque Sacramentaliter absolvendos censetur autem Episcopus aliquem approbare hoc ipso quod sciens, & volens ei præcipit, ut confessiones audiat; & ita definitum est in Concilio Trident. sess. 23. c. 5. de Reform. ubi dicitur: *Sacra Synodus nullum etiam Regularem posse Confessione secularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopo per examen, si illis videtur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis datur, obtineat.* Ex quibus verbis manifestè deducitur Sacerdotem illum qui nec parochiale beneficium obtinet, neque ab Episcopo est approbatus, ad Sacramentum penitentiae ministrandum idoneum non esse, ac proinde nec licitè, nec validè abolitionem Sacramentalem conferre posse: deducitur etiam ex sacra Theologia, vel iure Canonico, & de quorum scientia constat, five faciales, five regulares, teneri hanc approbationem petere, & obtinere, ut valide confessiones excipere, & penitentes absolvere possint; & e contra Superiores Religionum posse suis dare Religiosis licentiam sibi eligendis in Confessarium, quæ ipsi demandari potest, requiritur quoque Episcopi approbationem; quia ex natura rei per talem approbationem nullum jus conferunt, nec ulla jurisdictione ad confessiones audiendas, sed solum persona iudicatur habilis, & idonea, cui jurisdictione conferatur, sine qua approbatione invalide ei hoc munus committeretur ad audiendas secularium confessiones. Hoc autem præcipue constat in Religiosis, qui quamvis ab Episcopo approbentur ad excipiendas secularium confessiones, tamen ab eo jurisdictionem non accipiunt, sed immediate à Summo Pontifice, cui etiam immediate subiiciuntur. Ita Sua-

Maffri Theol. Moral.

rez, Coninchius, Cardinalis de Lugo, Caspensis, Iambersus, Abellius, & alii passim.

208 Hic autem advertendum est, quod, ut Regularis licite utatur Episcopi approbatione circa secularium confessiones debet esse à Pralato suo Religiosis approbatus Generali, vel Provinciali; ita habetur in Clement. cap. *Dudum de sepulchris*, ubi dum Pontifex Regularibus facultatem concedit audiendi secularium confessiones primo vult eos examinari, & approbari à suis Prælati, & deinde præferri Episcopi, ut de eorum licentia, & beneplacito possint in Diocesis eorumdem secularium confessiones audire. Et hæc est communis Religioforum praxis, nulla enim est fere Religio, quæ suis fratribus non prohibeat vel petere approbationem Episcopi, vel uti perita, ac obventa abque approbationem sui Generalis, vel Provincialis; atque ideo Regularis abque tali approbatione sui Superioris implicita, vel explicita procurans ab Episcopo approbationem, & ea utens illicite facit. Et quidem satis consilium hæc praxi in Religiosis observatur, quia Superiores Ordinis fratrum vitam, & mores norunt, ac eorum habilitatem, & capaciatem, alioquin accidere posset, ut suspensi, interditi, & excommunicati &c. aliquando ab Episcopi approbarentur. Notanter autem dictum est hanc approbationem suorum Superiorum in Regulari requiri, ut approbatione Episcopi licite utatur circa secularium Confessiones, quia utens approbatione Episcopi abque prævia, vel saltem sequenti approbatione Prælatorum ordinis in absolvendis secularibus valide absolvi, licet illicite, quia requisita ad absolvendos faciales etiam in Regularibus ex Concilio cit. sunt approbatio, & licentia Episcopi. Ita Rodriguez, Lysman, Cardinalis de Lugo, Emmanuel Sà, Brancatus, & alii passim.

ARTICULUS SECUNDUS.

De aliis conditionibus in Ministro huius Sacramenti requisitis, & eius obligationibus.

209 IN præcedenti articulo actum est de conditionibus, & qualitatibus in Ministro huius Sacramenti adque necessariis, ut sine ipsis facta confessio in valida foret, nec agenda est de aliis, quæ sunt necessariae dumtaxat ad congruè, & debite ministerium suum exercendum, & licet quamplures loquentes de conditionibus ministri idonei ad hoc Sacramentum has conditiones cum aliis confundere soleant, re tamen vera non sunt confundendæ, quia aliud est loqui de conditionibus simpliciter necessariis, ut hoc ministerium valide fiat, & aliud est loqui de requisitis, ut rectè fiat, sicut etiam aliud est querere, quæ sint conditiones necessariae Confessario iam in munere Confessoris constituto, & aliud est loqui de conditionibus requisitis in persona ad hoc munus eligenda, ut hoc ministerium idonea conferatur, & observandum est easdem requiri conditiones in persona admittenda ex auctoritate delegata ad confessionem, & in persona deputanda ad aliquod beneficium, & auctoritatem ordinariam quantum ad hoc munus.

210 Primo itaque requiritur probitas in Confessario ad hoc ministerium licite exercendum, certum enim est sancta non nisi sanctè esse tractanda, nec Sacramenta in statu peccati mortalis administrari posse, quin novam mortale peccatum incurratur, ut habetur c. *Illud* dist. 95. & cap. *per Isaiam* 1. q. 2. non tamen in rigore tenetur prævia confessione se preparare, sed si commode non possit, & aliqua necessitas urget, sufficit perfecta contritio se eluere, quod totum non est in hoc Sacramento peculiare, sed commune ad Sacramentorum ministerium, ut definit Conc. Trid. sess. 7. can. 12. & ita etiam docuit Scotus 4. d. 5. q. 2. ubi dicit in ministro Sacramentorum ad valide ministrandum statum gratiæ non esse necessarium, bene tamen ad licite ministrandum, ad hoc enim status gratiæ requiritur, ut eadem dist. ostendit quest. 2. G. & q. 5. K. Sed quia specialiter in hoc Sacramento plures interveniunt actiones, nempe audire confessionem, imponere satisfactionem, & absolvere à peccatis, quæ actiones non nisi successive à Ministro exerceri possunt, quando absolvi, an etiam quando audit confessionem penitentis, Aliqui dicunt satis esse, si Confessarius procuraret se reponere in statu gratiæ, dum vult abolitionis Sacramentalis verba proferre, & etiam antea fuerit in statu peccati, & ratio est, quia in hoc actu proprie pericitur Sacramentum, & confertur Sacramentalis gratia penitenti, ita Henricus, Lugus, Diana, Aversa, Caspensis, & alii. Non minus tamen probabilis, imo, forte probabilior est aliorum opinio dicentium Ministrum teneri esse in gratia non tantum quando absolvi, sed etiam quando audit penitentium confessiones, quia uterque est actus Sacramentalis, & unus ordinatus ad alium, & uterque est actus clavium, ut supra dictum est, M m eum

folium ob bonum proprium ipsius penitentis, ut scilicet cum tol- lat ex statu saltem materialiter pravo, sed etiam propter bonum tertii & præsertim Communitatis, quod saltem ex charitate procurare tenetur, & hunc supplere debet effectum, in quan- tum potest sine scandalo, aut sui notabili detrimento, in qua- rum comparatione, ut notat Averſa loc. cit. post aliqua diver- sitas considerari, quia iuxta majus, vel minus damnum tertii, aut communitatis potest obligari ad aliquod incommodum subeundum, puta si damnum tertii sit in maxima copia bono- rum, in fama insignis persone, in periculo rebellionis, & perva- sionis populi, & similibus casibus, in quibus prudenti arbitrio discernendum erit quid præponderet. In omnibus autem supra- dictis casibus certum est apud omnes nullatenus posse Confessio- rum pœnitentem absentem abolere, quia talis absolutio tamen ab excommunicatione, aliâve censura valere, & dari potest etiam in absentem, imò, & in vivum, ac indispotum, serva- tis tamen regulis suo loco jam traditis de Censuris. Alia plura de Obligationibus Confessariorum videri possunt apud Aver- sam quest. 16. cit. sect. 11. 12. & 13.

QUESTIO NONA.

De Ministro Confessionis in quâ casus reservatos.

19 A Dconditionem jurisdictionis, & approbationis, quæ in Ministro Sacramenti pœnitentiæ requiritur, ut dictum est, consequitur casuum reserva- tio, cum ut quædam talis jurisdictionis, vel approbationis requiritur limitatio, ut scilicet, ad certos casus non extendatur; de qua re, quia specialis continet difficultates, præsens questio instituitur, in qua tamquam certum de fide supponendum est, in Ecclesia Dei esse potestatem reservandi in foro conscientiæ, ita enim definitum est in Concilio Tridentino. contra Vuiche- phum, & alios hereticos sess. 14. cap. 7. ubi ita asseritur: *Ma- gno opere ad Christiani populi disciplinam perveniens, ut atrociora quadam, & graviora crimina, non à quibusvis, sed à Summis demerant Sacerdotibus absolventur, ac deinde can. 11. sic sta- tuit: Si quis dixerit Episcopos non habere ius reservandi sibi casus, etque illa casuum reservationem non prohibere quæ minus Sacer- dos ad reservandi verè absolvas, anathema sit;* idemque habetur in aliis antiquis iuribus, & sacris Canonibus, ac etiam Pontifi- cis Constitutionibus passim ab aliis citatis. Et hoc etiam ratio ipsa suadet, quia ut supra dictum est, in hoc pœnitentiæ Sacra- mento non solum potestas Ordinis requiritur, sed etiam jurisdic- tionis, quæ a Superioribus debet communicari inferioribus, at reservatio, ut modo dicebamus, nihil aliud est quam quæ- dam ejusdem jurisdictionis limitatio, in qua vel extendat ad cer- tos, casus, ergo Superiores eam limitare poterunt communi- cando illam quoad plures, vel pauciores casus, ad plures, vel pauciores personas, ut magis expedire videbitur, quod est sibi eorum abolitionem reservare in foro conscientiæ. Confirmatur quia potestas jurisdictionis, ut supra dictum est confertur per assignationem subditorum, sed ille, cujus est assignare sub- ditos non magis illo alicui subdere potest absolute quod ad om- nia peccata, quam quod ad aliqua tantum; ergo aliqua potest sibi reservare peccata, illa nimirum, in quibus penitentem non vale subdere Confessario; quia tamen in hac materia plures con- tingunt difficultates, in præsentis quaestione sunt breviter exami- nandæ saltem principales, quod enim a Superioribus reserva- ri possint, & rectè soleant certa subditorum peccata omnes Theologi docent, & fideles ipsi in communi praxi agnoscunt, ut sic subditi melius dirigantur, & a peccatis abſtineantur quorum difficilem vident remissionem.

ARTICULUS PRIMUS.

Quinam, & quæ peccata reservare possint.

20 P Rimo conveniunt Doctores, hanc peccatorum refer- vationem facere posse omnes, & solos Superiores, qui facultatem habet concedendi ordinariam, vel delegatam jurisdic- tionem, aut approbationem ad confessionem audiendas erga subditos suos. Ratio deducitur ex dictis, quia cum potestas jurisdictionis, quæ cum potestate Ordinis annexa esse debet, emanet a Pontifice in Episcopos, & alios inferiores Pastores, potest eam illis limitatam concedere, & illi pariter eandem sui inferioribus limitare in iis, in quibus hoc sibi a Summo Pon- tifice non est prohibitum, & aliqua peccata ab eorum potestate excipere, ita ut ipsius absolvere non possint, quia Superior po-

test id, quod saluti subditorum expedire judicet, reservatio au- tem peccatorum ad salutem animarum expedire potest, ut pœ- nitentes a peccatis facilius abſtineant, & retrahantur. Hinc ergo Summus Pontifex sibi peccata reservare potest in univer- sa Ecclesia, & erga omnes fideles, cum enim sit ordinarius Epi- scopus totius orbis Christiani, & a quo omnis iurisdic- tio in pec- cata pendet, potest consequenter in toto orbe suam exercere po- testatem, cum a reservatio in sola negatione jurisdictionis, ad ali- qua peccata consistat, & ea reservare potest vel cum excommu- nicatione annexa, vel sine illa, licet ordinariè nunquam casus re- servet in foro conscientiæ sine censura, ut constat ex his, quæ sibi reservat in Bulla Censuræ Domini, & ita definitum est in Concil. Tr. loc. cit. ubi ait, quod: *Merito Pontifex maximus pro supre- ma potestate sibi in Ecclesia tradita casus aliquos criminum gra- viores suo potestate peculiariter iudicio reservare, idque expresse ha- betur in aliis antiquis iuribus, & sacris Canonibus ex 17. qu. 3. c. si quis ex lib. 5. decret. tit. de iudicis. Coqueſti ex 6. decret. de sent. excom. c. Quicumque in Clement. eodem c. Si Dominici item de pœnit. & remis. & aliis Pontificum Constitutionibus aliqua gravia delicta sibi reservantur. Hoc etiam ratio ipsa suadet, quia ille præsertim abolitionem aliquam peccatorum sibi reservare potest, cui a Deo immediate cura omnium ovium commissa est, talis autem est Summus Pontifex, ut est certum de fide ex verbis Concilii modo relatis. Neque dicas nullibi in scri- ptura talem exprimi potestatem Pontifici traditam, exprimitur enim saltem implicite in collatione potestatis facta Petro super oves universas verbis illis *Pascite oves meas*; est enim talis potes- tas de intrinseca ratione potestatis ordinariæ præsertim supre- mæ, ut possit delegare, committere causas omnes, vel aliquas.*

21 Secundo Episcopi in suis Diocæsi- bus potestatem habent reservandi sibi abolitionem aliquorum peccatorum; Ita habe- tur in Conc. Trid. loc. cit. ubi subdit, *Hoc idem Episcopi omni- bus in suis cujusque Diocæsi adſcriptionem tamen non in destruc- tionem, licetæ pro illis in subditis tradita supra reliquis inferioribus auctoritate, præsertim quod illa, quibus excommunicationis cen- sura annexa est. Ratio est, quia Episcopus, ex Act. 20. Attendite vo- bis, &c. & ex 10. q. 1. c. decretum c. hinc quidam, c. Regendo, & cap. Quicumque auctoritatem habent regendi, corrigendi, & iudi- candi Ecclesiam, sibi commissa, & alios delegare possunt ad eam regendam, ut Vicarios, & alios Commissarios; ergo ali- quorum peccatorum abolitionem Episcopus sibi reservare po- test, delegans enim ex natura delegationis non cogitur totam suam delegare potestatem. Non tamen conveniunt Doctores, quoniam casus Episcopi ex iure sibi reservati, quidam enim negant absolute ullos casus esse eis reservatos, alii vero censent E- piscopos reservatum esse quodecumque peccatum enorme, publi- cum, & scandalosum, quod olim publica penitentia imposta fuit, ut adulterium notorium, & homicidium, & alii aliter senti- unt. Quare in hac difficultate tutius est, ut ait Layman, trad. 6. de Sacram. pœnit. c. 12. ut quislibet Confessarius consuetudinem, & statuta Synodalia, & Episcopalia attendat, ac reservationes pec- ciale Diocæsi illius, in qua versatur, usque in praxi se conformet. Omnes enim Prælati habentes jurisdictionem in animas, quocumque nomine vocentur, ut Præpositi, Abbates, & nisi à Summo Pontifice prohibeantur, possunt reservare sibi aliquo- rum casuum abolitionem, idem enim præcisè Papa in toto Chris- tiano Orbe, & Episcopi in suis Diocæsi- bus quorundam delictorum abolitionem sibi reservare possunt, quia habet jurisdictionem in subditos; sed alii quodæ Prælati prædicti jurisdic- tionem spirituales habent in subditos, ut supponitur, quorum sunt Ordinarii, ergo, &c. Quicumque igitur Prælati habens jurisdic- tionem Episcopalem non solum reservare potest, ne Parochi, aliiq; Presbyteri &culares ad confessiones audiendas de legatis ad certis peccatis absolverent, sed etiam ne Sacerdotes Regulares, qui alioquin jurisdictionem habent à Pontifice, sed tamen ab Epi- scopo approbatur, quia pariter hæc approbatio ab Episcopo, & jurisdictione etiam à Pontifice cum hac limitatione, & conditione eis conceditur. Denique Parochiam per sua Parochia aliquos sibi casus reservare possunt, quia eo ipso, quod sunt Parochi in suas oves jurisdictionem habent ordinariam, & quamvis id Pa- rochis non sit in usu, per defectum ordinem tamen hæc potestas non omnittitur, quidam dicunt; licet tamen, verum est, quod sæpe inutilis esset talis reservatio à Parocho facta cum aliis de licentiâ Pape, vel Episcopi absolvere possent. Ita Averſa, Caspensis, Faber, & Brancat. ex nostris, & alii passim.*

22 Tertio Superiores quoque Regularium possunt sibi re- servare abolitionem quorundam peccatorum, & ratio est quia sunt verè Prælati, & curam habent animarum sibi subidarum ex Clement. 1. de rebus Ecclesiast. non alienand. & ex c. Abba- tis, de privil. in 6. ergo cum talem curam habeant dependentem à Papa, juxta eius præscriptum possunt ea uti, unde Provin- ciales ad id munus canonicè electi in Provincia sua statim poss-

etc.

electionem accipiunt jurisdictionem quasi Episcopalem à Sum- mo Pontifice immediate, dependentem tamen à suo Generali; Generales vero etiam illam à Pontifice immediate accipiunt, qui eam restringere, & limitare potest, quocies necessarium, & utile ad animarum salutem judicaverit, & idem etiam dicen- dum est de aliis Superioribus locis, quocumque nomine appel- lentur, veluti Prioribus Rectoribus Guardianis, &c. jurisdic- tionem nimirum à Summo Pontifice immediate accipere, cum dependentia tamen à suis Generalibus, & Provincialibus. Quare sicut Episcopi in suis Diocæsi- bus, & Parochi in suis Pa- rochiis casus reservare possunt, & peccata illa, quæ ad ma- jorem subditorum suorum fructum judicaverint expedire, sic pa- riter Generales in suis Regionibus, Provinciales in suis Pro- vincias, & Supiores Locales in suis Monasteriis, nisi illis tale jus à Summis Pontificibus restringatur, quod notanter addit quia Clemens VIII. in sua Constit. data 26. Maii 1594. decre- vit in unaquaque Religione undecim peccata reservari posse non plura, nec omnia, sed ex illis undecim, vel omnia, vel ali- qua pro beneficio Superiorum, & Religionis utilitate, & illis undecim enumeratis sibi Pontifex; *Si quod aliud præterea peccatum grave pro Religionis conservatione, aut conscientia, pur- tante reservationem videbitur, id non aliter fiat, quam Genera- lit capituli in toto ordine aut Provincialis in Provincia, materia discussionis, & consensu.* Ex quibus verbis constat nullum Præ- latum Regularem aliquod peccatum reservare posse præter illa undecim ibi enumerata, aut quæ à Capitulo generali, vel Provin- ciali determinata fuerint materia discussionis præmissa, & vocalium consensu, & Generalis, aut Provinciales aliquod pec- catum in particulari reservare non posse pro aliquo Monasterio, Collegio, aut domo, præter undecim ibi enumerata, etiam si id expedire iudicaverint, nisi cum consensu Capituli generalis, vel provincialis, non vero localis, ut in eadem Constitutione expre- sse habetur; ut vero in qualibet Religione sciat quoniam ex il- lis undecim casibus sibi reservati, & cui Superiori, an Generali, Provinciali, vel locali, inspicientes sunt in particulari ius ju- diciumque Religionis Constitutionis, & statuta.

23 Disſentio tamen est inter Doctores, an præter undecim peccata ibi enumerata possint Prælati Regulares aliqua alia peccata non quidem reservare, sed solum sub excommunicatione prohibere ob gravem causam, reservando sibi abolitionem prædictæ censuræ. Aſſerunt Suar. Vitalobos, Coriol. Fagund. & quidam alii hæc ratione, quia decretum Clem. VIII. expresse loquitur de culpis, non de censuris, nam verba decreti sunt, *Nemo ex Regularium Superioribus peccatorum abolitionem sibi reservare censuræ, &c.* ergo non prohibetur reservatio absolutio- nis censura, sed tantum a culpa, sunt enim huiusmodi absolu- tiones longe diversæ, & ad diversum forum, & jurisdictionem spectant. Confirmatur quia per illud decretum non est ablata facultas Superioris censuras imponendi, impositio autem ex- communicationis ab homine ex natura sua iudicium illam im- ponenti reservatur. Communior tamen, & probabilior sententia negat, quam tenent Peyrin. Samel. Megalis. Molſes. Caspensis, Diana, & alii communiter, & ex nostris Faber disp. 27. cap. 1. in fine, & Branc. disp. 19. a. 11. §. 4. & ratio evidentiſſima est, quia in prædicta Clementis Constitutione, omnis reservatio Præla- tis, interdicitur est circa peccata, illis undecim exceptis, & hoc factum fuit in favorem subditorum regularium ad tollendam indifferentionem quorundam Superiorum, qui minutissima etiam peccata quædam sibi reservabant, si autem possent reſer- vare censuras sine discussione, & consensu Capituli generalis, vel Provincialis, ratione censuræ appositæ iam illud peccatum reservatum maneret, & sic videtur inventum, & excogitatum in fraudem legis Pontificiæ volentis, & prohibentis alia peccata reservari, quam undecim ibi expressè confirm. quia quantum ad hoc eadem videtur ratio de impositione censurarum, etenim ut ait Soto 4. d. 19. quest. 7. art. 5. versus finem, quidam Superiores facti ad hunc zelum ostentatum sunt ita proni ad huius gradus extraxionem, qui tamen ab Apostolis raro inventur extracti, ut multa pericula indicant; Denique ut referunt Card. de Lugo, Casp. Branc. nosſer, & alii cum a nonnullis Re- gularibus dubitarentur, an in prædicto Decreto Clementis etiam censuræ comprehenderentur, ita ut istud Superioribus absque Capituli generalis, vel Provincialis consensu aliquibus peccatis in huiusmodi decreto non contentis excommunicationem ante- nectere, ejusdemque abolitionem sibi reservare liceat, S. Cardinali Congreg. negotiis Regularium præpositorum sub die 7. Julii 1617. expresse declaravit censuras quoque in prædicto decre- to comprehendendi. Quare & ipse Suar. disp. 19. sec. 3. facturum reservationem eadem simul fuisse culpam, & censuram, siquidē censura propter gravitatem culpe impositur sit enim gravis non esset, impositione censuræ non egeret, & eius reservatione unde

Maffius Theolog. Moral.

tandem, & ipse concludit in fine melius id non facere sine speciali consensu Capituli generalis, vel provincialis iuxta for- nam præscriptam in prædicto decreto Clementis VIII. ad om- nem dubitationem tollendam, quæ doctrina maxime est obser- vanda, quia plures Superiores eam pœnitentiæ ignorant.

24 Quarto quod spectat ad aliam quaestione partem, quænam peccata possint, ac soleant reservari, certum est non solere pec- cata venialia reservari, neque mortalia semel rite confessæ, & absoluta, quia talis reservatio inutilis omnino foret, cum enim reservatio ex Conc. loc. c. ad coercenda atrocita delicta sit in- stituta, utique nec super venialia, nec super mortalia iam abso- luta imponi debet tum quia cum non adit obligatio confiten- di talia peccata, posset homo libere de aliis confiteri, & ab eis ab- solvi similiter nec reservari solent peccata mere interna, etiam si sint mortalia, quia cum Ecclesia præcipue externa spectet, opus non est, ut peccata mere interna reservet, sed aliqua tantum mortalia externa, unde dum absolute reservantur homicidium, adulterium, & similia, hoc intelligitur, quando hæc peccata sunt opere commissa, non autem pura voluntas occidendi, adulterandi, & similia interna peccata, immo si quis paraverit arma ad occidendum, & mulierem sollicitaverit ad adulteran- dum, hæc peccata sub reservationem non cadunt, nisi opere committantur; & dum etiam reservatur peccatum hereticus in- telligitur solum, quando externis verbis, aut signis profertur ut communiter Doctores advertunt. Itaque regulariter pec- cata, quæ reservantur, intelliguntur opere completa, & consum- mata & non tantum exterius inchoata, bene tamen, ut notat Averſa quest. 17. de Casuum reservat. sect. 2. possunt ex inten- tione Superioris, & cum sufficienti expressione reservari peccata etiam attentata, seu inchoata, & interdum de facto quædam ita reservari solent, ut plerumque ab Episcopo reservatur quæ- cumque attentio impudicitie cum Monialibus etiam per ver- ba five fiat cum animo deveniendi ad copulam, five ab eis tali animo, sicut de facto in Canone non solum oculo Clerici refer- vatur, sed quocumque etiam in iuriola percussio. An vero pec- cata mortalia interna reservari possint, negant aliquo quod Ecclesia non iudicet de internis, nec possint super illa ferre cen- suras cum minor tamen, & probabilior opinio apud Fabrum loc. cit. assernat Superiorem posse reservare sibi peccata mortalia mere interna, quia sicut potest suspendere jurisdictionem Sacerdoti, ne omnino alicui hoc Sacramentum ministret: ita potest illi auctoritatem limitatam concedere ad hæc peccata mentalia, & non ad alia, de facto tamen regulariter non refer- vantur quia ut dictum est Conc. Trident. reservatio intro- ducta est propter atrociora & graviora crimina, quæ disciplinam Christianam perturbare possunt, quæ non sunt peccata mere mentalia. Nec ratio in oppositum adducta urget, respondetur enim cum Fabro loco cit. Ecclesiam non indicare de oculis quoad forum exterius, sed secundum allegata, & approbata; neque imponere censuras peccatis occultis, quia censuræ per- tinent ad forum exterius, & ideo cadere debent super peccata, quæ ad forum exterius deduci possunt, licet etiam agant in foro interiori, quoad peccata mortalia, quibus tunc annexæ, & sic etiam ex nostris discurrit Brancatus loc. cit. §. 7.

25 Quinto præterea conveniunt Doctores, tam Papam quam Episcopos, & alios potentes reservare aliqua peccata, posse sub censura, & sine illa reservare, etenim illa reservatio cadere po- test utique non tantum super censuram, sed per se super ipsum peccatum, ut supra dictum est, & nulla est necessitas reservan- di semper peccatum sub censura, imò plerumque expedit, ac suf- ficit reservationem absque censura imponere, & quamvis Sum- mus Pontifex non soleat casus reservare, nisi cum excommuni- catione coniuncta, ut patet in Bulla Censuræ, in Sacris Cano- nibus, & aliis Apostolicis Constitutionibus; inventur tamen aliquando etiam peccatum aliquod sine excommunicatione re- servalle, ut constat in Const. *Sanctum & salutare*, à Sixto V. edita contra Clericos male promotos, & Prælatos male promo- ventes, cum Censura tamen suspensionis, alique gravissimis pœnis. Alii vero Prælati, five sæculares, five Regulares plura solent passim reservare peccata absque ulla censura, vel pena ut constat in praxi, & de Episcopis hoc aperte dixit Concil. loc. cit. dum inquit, licere eis reservare peccata præsertim illa, quibus excommunicationis censura annexa est, his enim verbis indi- cavit posse, etiam laudabiliter, absque excommunicationis cen- sura reservare peccata, quando autem in reservatione peccato- rum annexa est censura, non solum ipsa censura reservatur, sed per se etiam, & directè peccatum ipsum, ita ut simpliciter cen- sura tolli possit, & adhuc remanere peccati reservatio ita Do- ctores passim, præsertim Averſa loco citat. & Brancatus no- ster §. 8. Ad dignoscendum vero ipsius quænam peccata possint, ac soleant reservari certum est respectu Summi Pontificis ob amplitudinem potestatis eius nullam in specie

Mm. 3 etc.